HIERONYMUS. GENNADIUS MASSILIENSIS. AUGUSTINUS. RUFINUS AQUILEIENSIS
2. Viertel 12. Jh. Seite 71r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36489
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



toriam scribit. quae numirum per secutio eundem postremo sui

PATERIUS Gregorii magni per scriptorem inuoluit. xxiiii
discipulus collegit in unum testimonia scripturarum quae bea
tus papa Gregorius passim in suis tractatibus posuit. et posita pa
tinus competenter exposuit. Habet enim hoc inter expositio
res alios quasi singulare: ut sub introducta de scripturis
testimonia soleat singillatim exponere: ad quae re
colligenda idem scriptor animum intendit. quippe quae
posteris non parum profutura putauit. xxv

COLUMBA quidem et columbanus abbas ex hybernia
oriundus postquam cum discipulis suis Gallo et aliis
plura terrarum loca pertransiit. plures ad fidem ubi exhor
tatione perduxit. plura et diuersis in locis monasteria
construxit. scripsit manu sua monachorum regulam. ad quos
et unam exhortatoriam breuem licet sed de contemptu mun
di copiose disserentem dictauit epistolam. xxvi

Ysydorus hyspalensis episcopus qui beato leandro in epa
tu successit. multa et magna opuscula edidit. nam
inter alia synonima scripsit. et ad breuiationem tem
porum quae ad constantinum eraclii filium perduxit. librum
quoque ethimologiarum librum officiorum. et librum uirorum il
lustrium. Praeterea sermones plurimos diuersis temporibus ha
bitos stilo egregio scriptos transmisit ad posteros. xxvii

THEODORUS Venerabilis angloque archiepiscopus a
papa Vitaliano ordinatus et in angliam missus. postquam
in populo cui praefuit pluribus uerbo et exemplo saluti
fuit. ad ultimum librum de rerum penitentia praecipua
discretione conscripsit. Audiens et constantinopolita
nam ecclesiam heresi eutycetis ualde turbatam synodum
collegit. et uiri omnium in fide katholica consensum audi
uit. hunc ad instructionem memoriamque sequentium
synodalibus litteris commendare curauit. Harum litterarum